Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mme quare me deliquisti longe a salute mea. Oratio.

Ops s. d. qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum salvatorem nostrum carne sumere et crucem sibi fecisti tribuere, presta nobis ut et patientiae tuae hanc doctrinam et nostra meremur

Lectio. Hoc enim sentite in vobis quod et in xpo ihu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit se ipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum: et donavit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine ihu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. et omnis lingua confitetur: quia dns ihus xps in gloria dei patris

Tractus. Tenuisti manum dexteram meam in voluntate tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti me. Quam bonus israel deus rectis corde mei autem pene non sunt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns. Tractus. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. Longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem et exaudies et nocte et non ad me silentium mihi. Tu autem in sanctus habitas laus israel. In te speraverunt patres nostri speraverunt et liberasti eos. Ad te clamaverunt et salvi facti sunt in te speraverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo obprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes qui videbant me aspernabantur me locuti sunt labiis et moverunt caput. Speravit in domino eripiat eum salvum faciat eum quoniam vult eum. Ipsi vero considerabant et conspiciebant me diviserunt sibi ve

stimenta mea et super vestem meam